Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

Guido <de Columnis>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Liber XX

urn:nbn:de:bsz:31-73096

Visual Library

sperne(re) quia specialiter ea non sequi in quibus possim
cum integritate salvari. Scio enim pro certo primum
fallibilium promissa deorum parentum generaliter perdere
non posse tempore diuturno et quod Civitas troie
brevi tempore destruatur quando destructionis eius
omnibus nobilibus et plebeis universis ipsius in
ore gladii trucidatis. Quare bona filia
melius est satis nobis hic esse quam hostili
gladio sentencie perire. In adventu igitur Bri
seide grecis placuit universis. Briseide tam
formosus aspectus cum ad eam tam placida visio
ne omnes maiores grecorum exercitus accessissent
querentes ab ea de troiana Civitate et mi
ores et eius Civium continentiam, nec non et
regum eorum quos Briseida in multa uberi fa
cundia pandit illis. Et omnes maiores ipsam
in filiali affectione receperunt. Promittentes ei
eam tractare carum ut filiam, et in omnibus hono
rare. Et eis ab eis recedentibus multis
donis et muneribus replent eam. Non
dum dies illa ad horas declinaverat ve
spertinas, cum iam Briseida suas recentes
mutaverat voluntates et conceptum propositum sui
cordis. Et iam magis succedit ad notum
esse cum grecis quam fuisse hactenus cum troyanis.
Iam nobilis Troili amor in sua cepit mente
tepescere in tam brevi hora sic repente
sic subito femina volubilis cepit in omnibus
variare. Quid est ergo quod dicitur de constancia

Tepescit amor Troili in Briseida

filii Regis Priami

C milia exceptis troianorum

mulierum quarum sexus proprium misere hoc ut certi
reperiuntur a fragilitate proposita dissolvuntur.
que in hora brevissima variantur. Non enim cadit
in homine varietates et dolos earum posse describere
cum magis quam dici possit sunt earum volubilia
proposita nequiora. Liber .xx. de septi
mo bello. Rx

Post igitur treuarum finem, emissas in duas
advenientes die sequenti. Troiani at
tingunt ad bellum et ordinatis troianorum per
hectorem aciebus ipse hector cum aciebus ipsis ad
bellum primum exivit ducens secum quindecim
milia militum. quos sue deputaverat tantum
modo aciei. Quem cum aliis milibus est Troilus
illico insecutus. Deinde Paris Civitatem egreditur
existentibus secum viris pugnantibus in arcubus
et sagittis. Deinde Deyphebus ad bellum
exivit cum aliis tribus milibus pugnatorum.
Deinde Eneas cum aliis certis partis ad pu
gnam qui omnes tunc fuerunt exceptis troianorum
Centum milia militum strenuorum in multitudine mu
te bellandi. Prout dares in codice suo scripsit.
Exercitus vero grecorum accessit ad bellum, Rex mene
laus primus cum septem milibus pugnatorum.
Deinde post cum totidem Dyomedes. Deinde
Achilles cum totidem. Deinde Xantipus
cum tribus milibus contra. Deinde Rex Agamenn
non cum multitudine magna nimis. De grecis
autem Rex Philis primus cum acie sua. Tro

xv milia

x iii

Troianos aggreditur, cui statim Hector obviam venit obvius incunctanter, qui sic potenter sua lancea percussit eum quod ipsum mortuum prostravit ab equo. De morte igitur Regis Philis clamor fit maximus, bellum letale committitur, ex quo sequitur magna strages. Ex parte vero Grecorum dux rex Xantipus accesserat cum Rege Philis, volens sui mortem amici vindicare milites troianos interficit. Hectorem insequitur, ipsum invadit. Sed Hector commotus in iram in ipsum irruit, sic ipsum graviter vulneravit quod ad terram dilabitur interfectus. Tunc Greci de morte Xantipi viribus vires cumulant. Troianos graviter opprimunt, quare milites ex eis interficiunt. Et Achilles qui eos infestat deprimit, milites ex eis nobiles interimit, inter quos ducem Lucionem et Euforbium, viros multa strenuitate conspicuos interficit, qui in Troie subsidium cum in eius venissent auxilium, viriliter anhelabant. Hector autem eo die fuit in facie vulneratus ignarus, a quo de cuius vulnere in mensa sanguinis copia deflue bat. Propter quod Troiani retrocedere de necessitate coguntur. Sed Hector tunc elevatis oculis ad muros Civitatis direxit intuitum. Vidit Helenam nec non et eius uxorem et sororem suam stantes in muris utrique partis prelia contemplantes, et quam Greci tamen troianos repulerant, quod eos reduxerant iuxta Troie menia Civitatis. Propter quod Hector multum erubuit, et ideo in furore

prodicis accensus in Regem Orcomenum irruit consobrinum Achillis, quem sic percussit graviter ense nudo in eius casside cumulatis ictibus feriendo quod in suis ictibus disrupit circulos in casside, fracta fissura per quam Hectoris ensis pervenit ad cerebrum, et eius capitis ossa confringens sibi letale vulnus infixit, sic quod Rex Orcomenus mortuus expiravit. Quem dum cernit Achilles, accepta quadam lancea valde grossa in Hectorem irruit, sic quod eius loricam offendit, nec tamen ipsum a sella removit. Hector autem Achillem aggreditur ense nudo cassidem eius violenter impugnat, disrupit cassidem, et ensis dilabitur sic quod dilacerat inferius lorice squamas affixas, et tamen eius ictus carnis intima non lesit. Non tamen Achilles ad tam graves ictus se potuit tanta firmitate tenere quod tremebundus non nutaret in equo. Cui illico dixit Hector: Achilles, Achilles, multum niteris accedere iuxta me. Sed tu primum accessum quos adigneris, ut sine dubio ad tue exitum mortis accedas. Achilles igitur dum vellet ad verba Hectoris relacione mutua respondere, ecce supervenit Troilus in maxima multitudine pugnancium, qui factus medius inter Hectorem et Achillem ipsos invicem separavit, cupiens tamen Achillem offendere, et Grecos precepit dare fuge, sic quod tunc ex Grecis plusquam quingenti milites

in ore gladij ceciderūt / cū ceti cū grā retraxe
rere sūt cohati. Ad hec aūt ingressus fuerat
su supueit Menelaus / in comitiua triū mi
liū militū armatoz / qui bello se ingerit
p qd grā recupare campū / in sue uirtutis
audacia psūpserit. Sz ex pte Troianoz
supuenit Rex Oxemon / cū magna acie
gentis sue / in regem Menelaū irruit / ipm
ab equo deicit / quē fortiter uulnerauit. Troi
lus et Rex Oxemon conant intercipere
Menelaū / illum capiūt / q captū ad Ciui
tatē ducere uolunt / sed īpedientibz tur
mis tumultuosis bellanciū / ipm longe
a bello traducere minime potuerunt. De
cui ille Dyomedes supuenit bellicosus
q multa gente suffultus / qui repente in
Troilū irruit / ipm ab equo pstrauit
Ab eo auferens equū suū / quē p suum
nociū spālem ad Briseidam ī dominū desti
nauit. Mandans nūcio suo pdco ut Bri
seide nūciet equum ipm cui Troili fuisse
dilecti / a quo Troilum ipse deicit ī suoz
fortitudine brachioz / et eam depcet
humilit / q Dyomedem suū / a sua me
moria nō repellat. Nūcius igr statim
cū ipius equi dono ad Briseidam festi
nauit celerius. Equum sibi obtulit. A
Dyomede trāsmissū / q uba q sibi dixit
Dyomedes fidelit narrauit illi. Briseida

Qualiter Troilus ab equo deicitur p Dyomedē et eqs Troili mittitur Briseide p eūdem Dyomedem.

nō recepit illarū equū ipm / q ipi nūcio dixit
hec uba dic secure dño tuo / q illū ego odio
habere nō possum / qui me tanta puritate sui
cordis affectat. Ad hec nūcius recedit ab ipa
q ad dnm suū pperauit. Ad hunc cōflictu belli du
rante. Exilauit igr Dyomedes ad uba nūcij
int acies bellicosas. Troianis igr ī sistentibz
cont grecos / Troiani grecos cogunt ī fugā
q eos usqz ad eoz tentoria ī ore gladij p
secuntur. Et nisi tunc Agamenō grecis succu
risset ī bellanciū plenitudine militū nimis
grā fuissent tunc oīo deuicti / et totū finali
amisissent. Instaurat g belli durissimū
int eos grā campū recupant. Troiani
necario retrocedūt. Sed Polidamas tunc
concurrit cū pugnanciū multitudine glome
rosa / succurrens in magna uirtute Troianis
quos iam grā usqz ad eoz fossata ī arma
ta manu repulerant uiolent. Dyomedes
nō diu Polidamā ingressos sic uiolent in
spiciens irruentē in Polidamā irruit saua
gens ipm letali offendere ī ... sine tese
lancee ferientis. Sz Polidamas sic Dyo
medem īpulit uirtuose / q et Dyomedem
q ei equum deicit q cultuur aderat. In
cuius ictu Dyomedes grauiter fuit lesus.
Polidamas uō Dyomedis equū a sua pro
stracione resurgentē / suis intercipit pha
benas / q Troilo pdco bellanti pntat in

quem Troilus festinanter ascendit. Sed Troilus tunc festinans, Achilles invadit, quem Troilus in sua virtute suscepit et vulnus irrogavit in Achillem, sic quod Achillem ab equo deiecit et ipsum graviter vulneravit. Achilles autem tunc in suo casu precipiti stupefactus, non curans de timendi ictus letifera lesione, cum magna celeritate surrexit, equum conatur ascendere. Sed Troianum multitudo ei restitit. Tunc Hector in locum illum accessit, ut scribit Dares, fere tunc Hector mille milites interfecit, qui Achillem defendere conabantur. Ad quod Achilles sic graviter fuit oppressus, quod sibi multa fatigatione laxato vix erat defendendi facultas, qui tunc captus indubitabiliter extitisset, nisi Thelamon et dux Athenarum celeriter accurrissent, qui Achillem equum ascendere cum multo labore fecerunt. Superveniente igitur noctis crepusculo non fuit amplius preliatum, et utraque pars bellantium bello ipso dimisso in sua presidia se recepit. Per triginta autem dies continuos acriter fuit pugnatum, propter quod ex utraque parte multi fuerunt occisi, sed plures ex Grecis. De filiis Regis Priami naturalibus infra dies illos sex interfecti fuerunt, et Hector etiam in fronte vulneratur. Quare Rex Priamus Regi Agamenoni nuncios suos mittit, sex mensium petit indutias, que sibi concesse fuerunt. Treuga firmata:-

Nota Achilles ab equo prostratus

Liber xxi in quo agitur de tertio bello et de morte Hectoris per Achillem proditorie interfecti.

Firmatis igitur sex mensibus datis ad treugam, infra hos Hector sibi de vulneribus suis medetur iacens tunc in aula pulcritudinis nobilis Ylion, de cuius mirabilibus scribit Dares. Dicit enim eam fuisse totaliter institutam de xii lapidibus alabastri, cum ipsa esset longitudinis spatium fere xx cubitus. Pavimentum fuisse dicit ex cristallo firmatum et parietes eius parietes incrustatos ex diversis lapidibus preciosis, in cuius quatuor angulis columpne quatuor de onicleio erant extense per pavimentum affixe. Sic erant eidem generis capitella sic et bases ipsarum. In summitate vero columpnarum ipsarum erant de auro iiii ymagines collocate mirabili arte matematica instructe, de quibus Dares et earum effectibus multa describit, que magis instar habent in animi scripturarum quam certitudine veritatis. Hoc autem Dares fuit professus causam fuisse quod ideo de eis obmissum est in hac parte. Interim Rex Priamus naturales filios suos mortuos fecit inter alios fratres eorum honorifice sepelliri, faciens eorum cuilibet semotam sepulturam nimium preciosam. Dyomedes qui totus erat in amore Briseyde Calcas quod faciat ignorat, quod eius animus in merorem est amatorum desideriis, cum amaritudines eorum quas habere non possunt diversis fundere totus in

Nota de mirabilibus ylion.